

Littatio antiqua Clementis episcopi Bloensis
 contra Florianum abbatem Czerwensensem, de repræ-
 sentandis certis literis, et quod diebus festis vespers
 incipiat et missam decantet in ecclesia Bloensi sub
 excommunicationis pena

94

Clemens Dei gratia Bloensis ecclesia episcopus, in Cyr-
 vensco et in Lucow ecclesiarum rectoribus, salutem in Domino.
 Mandamus vobis quatenus accedentes personaliter ad fra-
 trem Florianum abbatem ibidem in Czerwensco, mandetis
 sibi, quod feria quinta proxima post dominicam: Misericor-
 dia Domini, nunc venturam, hoc est in crastino Sigburcij
 ad nos veniens, literas Opyzonis cuiusdam abbatis, quas nos
 bis nuper in Czerwensco exhibuit, recipiat iterato, et ad alia
 mandata nostra recipienda. Item mandetis eidem abbati au-
 thoritate nostra, quod sub pena excommunicationis in
 Blozke veniat in die Apostolorum Philippi et Jacobi be-
 atorum ventura proxime, et vespers eodem die incipiat, et
 in die Sigismundi regis, et sequenti die, hoc est in die
 beate Crucis, Missas dicat, prout ex consuetudine antiqua
 tenetur. Datum in Marcolin feria quinta post dominicam,
 qua, quasi modo geniti, decantatur, anno Domini millesim-
 o tricentesimo quinquagesimo. Redd literam vestris
 sigillatam sigillis

Be. M. D. C. C. C. C. C.

120

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible markings or text at the bottom of the page.]